ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PSB 920

Ijsewijn

Lovanio, 10 febbraio 1966

Curia Generalizia - Roma

Katholieke Universiteit
te Leuven

Lovanii, 10 II 1966.

Carissime Pater!

Paucis septimanis ante bis a te chartulam accepi Roma mihi cum salutationibus et precibus missam. Hae mihi maximo gaudio fuerunt cupioque ut tibi iter Romanum aeque gratum fuerit et iucundum.

Mihi etiam instat iter Romanum. Mense aprili proximo in hac urbe Conventus, ut nosti, celebratur latinus. Cui conventui, stipendium nactus, interesse potero. Scire itaque velim num et tu per illos dies denuo Romam iturus sis. Si minus libenter te Rapalli visam, quae urbs ni fallor in itinere est Mediolano per Genuam Romam petentis.

Nos Lovanii bene valemus. Quod si et tu in optimo corporis animique statu versaris, valde laetabimur. Vale!

[signature]

J. Ysewÿn
P. Lebrunstr. 27
Leuven (Belgio).

Lovanii 10 2 1966

Carissime Pater

Paucis septimanis ante bis a te chartulam accepi Roma mihi cum salutationibus et precibus missam. Hae mihi maximo gaudio fuerunt cupioque ut tibi iter romanum aeque gratum fuerit et iucundum.

Mihi etiam instat iter romanum. Mense aprili proximo in hac urbe conventus, ut nosti, celbratur latinus. Cui conventui, stipendium nactus, interesse potero. Scire itaque velim num et tu per illos dies denuo Romam iturus sis. Si minus libenter te Rapalli visam, quae urba ni fallor in itinere est Mediolano per Genuam Romam petentis.

Nos Lovanii bene valemus. Quod si et tu in optimo corporis animique statu versaris, valde laetabilur. Vale.

J. Iisewiin

P. Lebrunsk 27 Leuven